

Romanorum

que armat milites. munit custodias et contra Romanos maximas infidias parat. Quo
veniente in Reatinam civitatem. Romani nunciū ante suam praesentiam venerunt. qui et mortem
felleratissimi Johannis nunciaverunt. et de electione vel consecratione Benedicti diaconi ro-
gaverunt. sed nihil ab eo optinere potuerunt. sed tale ab eo responsum acceperunt. Quando
dimiseris ensē meum. tunc dimittam ut dñm Leonem papam in cathedra S. Petri non restituum.
Nunciū vero reversi sine operis et voluntate impri eundem Benedictum diac. Romanum pontif.
elegerunt. Quod audiens domnus impri magis in furore et ira exarsit. undiq; circumvallavit
civitatem Romanam. per diversas civitates oppida et castella cepit depidari: incendere atque ex-
stare et funditus dissipare. In tantam itaque penuriam et captivitatem eam adduxit. ut
modius purpurei venundaretur 30 argenteis. Coangustati et afflicti Romani. et tam pes-
simum malum sustinere non valentes. innocentem Benedictum impri tradiderunt. et dñm
Leonem in apteram sedem suscepervnt. spondentes ei et dño impri super corpus b. Petri apti.
Iterum post sacramentum dimisit eis. quanta et qualia ab ipsis perpessus est mala. et ita
domnus impri a civitate Romana in partes Gallie recessit.

1140.

Mortuo vero Leone omnes Romani a minimo usque maximum una concordia et uno
ore atq; spontanea voluntate elegerunt sibi dñm Joñem. reverentiss. et primum epm S. Nar-
niensis ecclē. bene doctum. et honorifice eruditum. de divinis et canonicis libris. Nam a
cunabulis in clericali ordine doctus in Lateranensi palatio. hostiaris. psalmista. lector.
exorcista. acolitus. subdiaconus. diaconus. in eadem Rom. ecclā per distinctos ordines
est ordinatus. et ita deo volente legitime et canonice pontifex est ordinatus.